



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

**Ecclesiasticae Historiae, Et Dicta, Inprimis Memorabilia,
Christi, Apostolorum, Martyrum, Confessorum, Doctorum,
& hostium veteris Ecclesie: singulari iudicio, & pio studio,
ex Eusebio Cæsariensi ...**

Eusebius <Caesariensis>

Haer. Chr. Egen., 1571

VD16 E 4284

In Historias Evsebianas Lucæ Lossij.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-69335](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-69335)

Perlege scripta tuo decoresq; hac ipsa favore,
 Perlege Christigenis scripta probanda viris.
 Perlege quicquid habet liber hic, lectusq; placebit,
 Et te qua profint multa monere potest.
 Secula prisca tibi veterumq; insignia dicta,
 Quaeq; iuuent alias suppeditabit opes.
 Lopsius Aonijs viuat valeatq; Camœnis,
 Utq; facit Musis, seruiat atq; Deo.
 Seruiat, vt seruit, multosq; vt seruijt annos,
 Grata Deo scribens, grata Deoq; canens.

IN HISTORIAS EVSEBIA-
 nas Lucæ Lopsij,

Si sacras libet historias tibi discere, paucis
 Versibus inclusas hac, pie lector, habes,
 Quae benè de studijs meritis dociliq; iuuenta
 Lopsius assidua sedulitate dedit.
 Sit felix bonus ille senex longoq; superstes
 Tempore, non capitis sentiat ille niues.
 Quin viridis semper florensq; senilibus annis,
 More suo latos transigat ille dies.
 Discipulosq; sibi gratos, fructusq; laborum
 Cernat apud ciues, inclyta Luna, tuos.
 Quin et apud reliquos, vt nunc celebretur, & olim
 A sera laudem posteritate ferat.

Nathan Chytraeus Rostochij poë-
 tices professor.

HISTO-